L'épître dédicatoire suivante figure au verso du titre :

ILLVSTRI & MAGNIFICO VIRO D. IANO LASCARI RHINDACENO,
DOCTRINARVM & ANTIQVITATIS PARENTI,
TRANQVILLVS ANDRONICVS DALMATA S. P.

Cum Michaele Nardino, meo necessario, uiro ingenioso et docto, longa mihi disceptatio fuit de nostræ nationis homine, Diocletiano imperatore qui, eadem animi magnitudine qua sublatus erat ad fastigium rerum humanarum ad priuatam vitam redierat. Quod me defendente, illo contra nitente, eam disputationem sub Cæsaris et Syllæ persona retuli. In temperando autem stylo non simplex difficultas fuit, nam ratio poscebat ut esset infra oratoriam grauitatem, et sua grauissimis personis dignitas attribueretur. Existimaui hanc meam fœturam nonnihil ad tuam fortunam pertinere, non autem solandi tui atque confirmandi gratia, in quo virtus et litteræ summum adire periculum videantur, sed quoniam augustali sanguine ortus, utpote cuius maiores longa serie Constantinopoli imperarunt, vicissitudine rerum ad hanc tenuitatem redactus sis. Quam tu commutationem sic fortiter toleras ut istud viuendi genus elegisse videare. Itaque mitto tibi hunc Dialogum ut cum tua sorte conferas ac, si probaueris, te authore exeat in manus hominum, et noster Diocletianus uindicetur a calumnia. Vale.

Bibliothèque nationale de Paris : Z 1166 (Inv. Rés. Z 2431).
Bibliothèque Mazarine : n° 25304.

294

DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI OPERA, in tres partita Tomos : in quibus habes non pauca antehac Latinis non exhibita. HOC PRIMO TOMO INSVNT, In Euangelium Ioannis commentariorum Libri XII. In Leuiticum Libri XVI. BASILEAE, IN AEDIBVS ANDREAE CRATANDRI, MENSE AVGVSTO, ANNO M. D. XXVIII. Cum gratia & priuilegio Cæsareo.

(A la fin :) BASILEAE APVD ANDREAM CRATANDRVM MENSE AVGVSTO AN. M. D. XXVIII.